

Vir illustrissime

Plurimum tibi debet, et se debere gloriatur hoc nostrum  
 Gallicum Collegium quod tanto studio et benevolentia  
 nos complecti digneris. accepimus academiae tomos 4, 5, 6  
 2 tomos D Euler de motu, ejusdem unum de musica, 3 alios  
 unum scilicet D Delisle, alterum D Aman, 3um D Bayer. —  
 D Aman manuscripto respondet P Petrus Dincaville in botanicis  
 aliquantulum versatus. tanti beneficii accepti memora, nos esse laeta  
 et omnes vires impendere ut tuis et Academiae votis faciamus, hab  
 mitto librum dictum hoang yu piao est descriptio Imperii  
 ab ipso Imperatore Kanghi in ordinem redacta, propterea liber  
 est unus <sup>ex his</sup> quos sine vocant yu Tche. nonnulli libri Sinice et  
 Tartarice scripti in palatio Regis mandarum, quum juris publici  
 facti fuerint, ex his aliquot seligam et tuis offeram.  
 hujus Collegii Gallici missionarii Sinice me rogant ut tibi  
 suo nomine significem se esse ad haec obsequia promptissimos.

libros singuli legunt, et academiae gratulantes quo habes viro  
 de republica litteraria tam bene meritos. I. Bayer modestum ingenium,  
 moribus erat candidus et in omni scientiarum genere insignem  
 se praestitit. vale vir illustrissime, Deum oramus ut omnia  
 tibi prospere succedant

Obsequentissimus et Reverentissimus Servus

Ant. Gaudel S. S. PP. Gal. or. sex. Sept.

Lezini Super

Lezini 11 Jun 1746